

Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personae, sed in unius Trinitate substantiae. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verae sempiternaeque Deitatis, et in personis proprietates et in essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Amen, dico vobis, quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, et fiet vobis. (*Marc 11:24*)

- 1. Exaudi, Deus, deprecationem meam, intende orationi meae.**
- 2. A finibus terrae ad te clamavi, dum anxietur cor meum. In petram inaccessam mihi deduc me!**
- 3. Quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici.**
- 4. Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula, protegetur in velamento alarum tuarum.**

Postcommunio

Concede nobis, quaesumus, Domine: ut per haec sacramenta quae sumpsimus, quidquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicationis dono curetur.

Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubimai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Iš tiesų sakau jums: ko tik meldamiesi prašote, tikėkite gausią, ir tikrai taip bus. (*Mk 11:24*)

1. O Dieve, išgirk mano šauksmą, klausykis mano maldos!
2. Iš žemės pakraščių šaukiuosi tavęs; mano širdžiai alpstant, tu užkeli mane ant nepasiekiamos uolos.
3. Juk tu esi mano apsauga, stiprus bokštas gintis nuo priešo.
4. Leisk man gyventi amžinai tavo palapinėje, rasti prieglaudą tavo sparnų užuovėjoje!

POSTKOMUNIJA

Viešpatie, meldžiame, kad visa, kas mūsų prote yra sugadinta, būtų išgydyta gydančia mūsų priimto sakramento galia.



Proprium Missae DOMINICA XXIV ET ULTIMA POST PENTECOSTEN

XXIV IR PASKUTINIS SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis: invocabitis me, et ego exaudiam vos: et reducam captivitates vestram de cunctis locis

Ps. Benedixisti, Domine, terram tuam: avertisti captivitates Iacob. (Jer 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

Collecta

Excita, quaesumus. Domine, tuorum fidelium voluntates: ut, divini operis fructum propensius exsequentes; pietatis tuae remedia maiora percipiant.

Epistola

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Colossenses (Col 1:9-14)

Fratres: Non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia et intellectu spiritali: ut ambulatis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia, et longanimitate cum gaudio, gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum.

INTROITAS

Viešpats sako: „aš maštau ramybės, o ne skausmo mintis, šaukitės Manęs ir Aš jus išgirsiu ir sugrąžinsiu jūsų belaisvius iš visų vietų.

Ps. Viešpatie, palaiminta Tavo žemė; namo parvedi Jokūbo belaisvius. (Jer 29:11; 29:12; 29:14, Ps 84:2)

KOLEKTA

Viešpatie, meldžiame, sustiprink savo tikinčiųjų valią, kad dar uoliau ieškodami Tavo dieviško darbo vaisių, jie būtų pagydyti Tavo gerumo.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Kolosiečiams (Kol 1:9-14)

Broliai, nesiliaujame už jus meldę ir prašę, kad būtumėte pilni Dievo valios pažinimo su visa išmintimi ir dvasiniu supratimu, kad elgtumėtės, kaip verta Viešpaties, ir jam tobulai patiktumėte, nešdami visokių gerų darbų vaisių ir augdami Dievo pažinimu; kad, visokeriopai sustiprinti jo šlovės galia, pilni ištvermės ir kantrybės, su džiaugsmu dėkotumėte Tėvui, kuris padarė mus tinkamus paveldėti šventųjų dalį šviesoje, kuris išgelbėjo mus iš tamsybių valdžios ir perkėlė į savo mylimojo Sūnaus karalystę. O Jame mes turime atpirkimą per Jo kraują, nuodėmių atleidimą.

Graduale

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

V. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in saecula. Allelúia, allelúia (Ps 43:8-9)

Allelúia

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam. Allelúia. (Ps 129:1-2)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaenum (Matt 24:15-35)

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: Cum vidéritis abominatiónem desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle Prophéta, stantem in loco sancto: qui legit, intélegat: tunc qui in Iudaea sunt, fúgiant ad montes: et qui in tecto, non descéndat tóllere áliquid de domo sua: et qui in agro, non revertátur tóllere túnicaam suam. Væ autem prægnántibus et nutriéntibus in illis diébus. Oráte autem, ut non fiat fuga vestra in híeme vel sábbato. Erit enim tunc tribulátio magna, qualis non fuit ab inítio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breviáti fuissent dies illi, non fíeret salva omnis caro: sed propter eléctos breviabúntur dies illi. Tunc si quis vobis díxerit: Ecce, hic est Christus, aut illic: nolíte crédere. Surgent enim pseudochrísti et pseudoprophétæ, et dabunt signa magna et prodígia, ita ut in errórem inducántur - si fieri potest - étiam elécti. Ecce, prædíxi vobis. Si ergo díxerint vobis: Ecce, in desérto est, nolíte exíre: ecce, in penetrálibus, nolíte crédere. Sicut enim fulgur exit ab Oriénte et paret usque in Occidéntem: ita erit et advéntus Fílii

GRADUALAS

Viešpatie, Tu išgelbėjai mus nuo priešų, sugėdinai tuos, kurie mūsų nekenčia.

V. Dievu mes nuolat didžiuojamės ir Tavo vardą be perstojo šloviname. Aleliuja, aleliuja. (Ps 43:8-9)

ALELIUJA

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirk mano maldą! Aleliuja. (Ps 129:1-2)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 24:15-35)

Anuo metu Jėzus kalbėjo savo mokiniams: „kai tik pamatysite pranašo Danieliaus paskelbtą sunaikinimo pabaisą, stovinčią šventoje vietoje (skaitytojas tejsidėmi!), tuomet, kas bus Judėjoje, tebėga į kalnus, kas ant stogo, tenelipa žemėn pasiimti iš namų savo daiktų, o kas laukuose, tenegrįžta pasiimti apsiausto. Vargas nėsčioms ir žindančioms anomis dienomis! Melskitės, kad jums netektų bėgti žiemą ar šabo dieną. Tuomet bus didelis suspaudimas, kokio nėra buvę nuo pasaulio pradžios iki dabar ir kokio daugiau nebebus. Ir jeigu tos dienos nebūtų sutrumpintos, neišsigelbėtų nė vienas žmogus. Bet dėl išrinktųjų tos dienos bus sutrumpintos. Jei tada kas nors jums sakytų: 'Štai čia Mesijas' arba: 'Jis tenai!', - netikėkite. Atsiras netikrų mesijų ir netikrų pranašų, ir jie darys didelių ženklų bei stebuklų, mėgindami suklaidinti, jei tai įmanoma, net išrinktuosius. Štai jus apie tai iš anksto įspėjau!“ „Tad jeigu jums sakytų: 'Štai jis tyruose!', – neikite, 'Štai jis namų gilumoje!', – netikėkite. Kaip žaibas

hóminis. Ubicúmque fúerit corpus, illic congregabúntur et áquilæ. Statim autem post tribulatiónem diérum illórum sol obscurábitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo, et virtútes coelórum commovebúntur: et tunc parébit signum Fílii hóminis in coelo: et tunc plangent omnes tribus terræ: et vidébunt Fílium hominis veniéntem in núbibus cæli cum virtúte multa et maiestáte. Et mittet Angelos suos cum tuba et voce magna: et congregábunt electos eius a quátuor ventis, a summis coelórum usque ad términos eórum. Ab arbóre autem fici díscite parábolam: Dum iam ramus eius tener túerit et fólía nata, scitis, quia prope est æstas: ita et vos tum vidéritis hæc ómnia, scitóte, quia prope est in iánuis. Amen, dico vobis, quia nonpræteríbit generátio hæc, donec ómnia hæc fiant. Coelum et terra transíbunt, verba autem mea non præteríbunt.

Offertorium

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratiónem meam: de profúndis clamávi ad te Dómine. (Ps 129:1-2)

Secreta

Propítius esto, Dómine, supplicatióibus nostris: et, pópuli tui oblatiúnibus precibúsqe suscéptis, ómnium nostrum ad te corda convérte; ut, a terrenis cupiditátibus liberáti, ad coeléstia desidéria transeámus.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne

tvykstelėja iš rytų ir nušvinta iki vakarų, taip bus ir su Žmogaus Sūnaus atėjimu. Kur bus lavonų, ten sulėks ir maitvanagiai. Netrukus po tų nelaimių dienų saulė užtams, mėnulis nebeduos šviesos, žvaigždės kris iš dangaus, ir dangaus galybės bus sukrėtos. Tuomet danguje pasirodys Žmogaus Sūnaus ženklas, o visos žemės tautos ims raudoti ir pamatys Žmogaus Sūną, ateinantį dangaus debesyse su didžia galybe ir šlove. Jis pasiųs savo angelus, kurie skardžiais trimitų garsais surinks jo išrinktuosius iš visų keturių šalių, nuo vieno dangaus pakraščio iki kito“. „Pasimokykite iš palyginimo su figmedžiu: kai jo šaka suminkštėja ir sprogstą lapai, jūs žinote, jog artinasi vasara. Taip pat, visa tai išvydę, žinokite, jog jis arti, prie slenksčio. Iš tiesų sakau jums: nepraeis nė ši karta, iki visa tai įvyks. Dangus ir žemė praeis, o mano žodžiai nepraeis.

OFERTORIUMAS

Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! Viešpatie, išgirk mano maldą! Iš gelmių šaukiuosi tavęs, Viešpatie! (Ps 129:1-2)

SEKRETA

Būk gailėstingas, Viešpatie, mūsų nuolankiems prašymams ir priimk savo žmonių aukas ir maldas. Vesk visų mūsų širdis į Tave, kad išlaisvinti iš žemiškų troškimų, mes ilgėtumėmės dangiškų dalykų.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis